



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Septem Illvstrivm Virorvm Poemata**

**Cesarini, Virginio**

**Antverpiae, 1662**

Alexandro VII. ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-7990**

*Graiorum decora, & caras inuiset Athenas,  
Frigus & ad sacri ripam captabit Iliſi.  
Tum mores hominum mitescent, tum pecus omne  
Vnum Pastorem, atque unum cognoscet ouile.  
At tu, SANCTE PARENTS, hominū celebrabere votis,  
Africa quā longè pluuium porrecta sub Austrum  
Ambustum Oceani medijs caput inserit undis,  
Quaq; Caledonijs Thule pulsata procellis  
Prospicit ignotos curuo de litore fluctus.*

*Tale Mycon certare volentibus argumentum  
Tradidit, hanc rerum seriem: quam deinde secuti  
Tityrus & Lycidas, nemorum plaudente corona,  
Plurima sub sacrâ fuderunt carmina queru,  
Que tacito secum meditari examine mentem  
Conuenit, ut melius referamus in ordine quicquid  
Tityrus & Lycidas sacrâ cecinere sub umbrâ.*

## ALEXANDRO VII. PONT. OPT. MAX. RENVNCIATO.

*V T ad vireta Pindi ab Urbe Romulâ  
Bono profecta Fama venit alite,  
Tenere sceptrâ CHISIVM, nouem Deas  
Comam ferunt ligasse fronde Delphicâ,*

*Ebur.*

A  
Ebur  
Vt a  
Vbi p  
Odore  
Ibi d  
Mar  
Ibi in  
Diu z  
Di  
Caner  
Vetus  
Fiden  
Vides  
Latin  
Famer  
Vt ali  
Graui  
Tuo,  
Loqui  
Tegi e  
Honor  
Sonam  
Vbi  
Chorun  
Lyram

AUGVSTINI FAVORITI. 61

Eburneoqz, collo eburna barbitos  
Ut alligata, constitisse protinus,  
Vbi perennis unda prata diuidit  
Odore lata graminum virentium.  
Ibi decenter implicasse mutuas  
Manus, pede impulisse & arua libero:  
Ibi increpante pectine aureas fides  
Diu negata condidisse carmina.

Dies beata ter quaterqz, vatibus  
Canenda semper, & colenda gentibus,  
Vetus saecula que reducis aurea,  
Fidemqz cum sorore ab axe deuocas!  
Vides, redux ut Africis ab areis  
Latina iam reuusat arua Copia,  
Famemqz pellat Africas ad areas?  
Ut alma Pax neces & arma submouens  
Graui cruenta bella compede alliget?  
Tuo, beata lux, fauente numine  
Loqui ecce rursus antra, rursus incipit  
Tegi erudita latiore frondium  
Honore silua, largiorqz Pegasi  
Sonante riuus exilire ab ungulâ.  
Vbi hæc dedere dicta, nona Virginum  
Chorum iubet silere, & una concinens  
Lyram maritat altiore carmine.

Ebur.

D E